Ne frustra litteras meas exspectes, scito senatum academicum die Lunae hora III conventurum esse. O istos medicos! pharmacologus imbecillus cum clinico Neandrum negant ministerio esse proponendum, ipsi nominant I) Victorem Meyerum Iudaeum II Lossenium Regimontanum surdum illum et ultramontaneum homunculum III Wallachium Bonnensem. Atrocissima erit pugna. Amicus optimus igni ferroque saevit, physicum sua manu trucidabit („niedermetzeln"), ceteros omnes longa oratione delebit. Si adesses carissime W., saepe rideres! Neander paullatim a morbo recreatur. Post pugnam commissam Tibi scribam

Vale!

15. 7. 82